



14376
III Mo. S. Dr. P


latus

Rudek: Ioan. Stanisl. Jupiter literatus Orbis
Academus moderator —

PANEG. et VITAE

Polon. Fot.

M. 417.



I V P I T E R
L I T E R A T V S,
OBRIS ACADEMICI MODERATOR
Sceptrum aureum dextrâ manu, argenteum sinistrâ tenens,
DVM
Magnificus, Perillustris, & Admodum Reuerendus Dominus,
**D. M. STANISLAVS
JVRKOVVSKI**

S. Theologiae Doctor, & Professor, Praepositus S. Floriani, Custos Opatouensis, Prothonotarius Apostolicus, Scholarum Collegij VLADISLAVIANI Professor, & studij GENERALIS Almae Vniuersitatis ACADEMIÆ Cracoviensis

R E C T O R,
felicissima Rectoratus primordia
auspicaretur,
A
M. IOANNE STANISLAO RVDZKI P. D. & P. P.
non sine votis solennibus,
ac
debitâ cum veneratione
nuncupatis,
Aoniâ Apollinis Lyrâ,
C E L E B R A T V S.
Anno Domini 1659. IV. Idus Maij.

C R A C O V I Æ.

Apud Viduam Lucæ Kupisz, S. R. M. Typogr.

Vm singularis quædam, Magnifice, Perillustis, & Admodum
Reuerende Domine Rector, diuina prouidentia, in hac senecta
mundi, atq; inclinatus seculis, Orbem Sarmaticum, ad communes regnorum
occasus revoluentem sese, benignissimâ moderetur ratione: tûm profecto,
Primigenium istius Regni inlyti Athenaeum, quanta fibi curæ sit, lucu-
lenter cognouimus, dum Te Supremum Orbis Academicæ Moderatorem, vo-
tu omnium ac suffragijs electum, publicu cum acclamationibus acce-
pimus. Decuit sanè, vt u sceptro Almae Vniuersitatis amplissima assume-
ret, qui numine quodam afflatus diuino, iuuans Pater, iudicaretur;
dicam potius, IUPITER ACADEMIÆ crebris sermonibus usurparetur. Nam si ab hominibus Apollini-
ne, Diuûm hominumq; Parens, appellari solet Jupiter: non iniuria Te conuersu casibus, non
medo eam ob causam appellabimur, à iuuando Iouem, quod altissimum Ordinem Academicum, se-
dem illam supremam eruditarum mentium, adiuueris; verum etiam, quod surculos Almae Parentis,
atq; incliti Orbis Sarmatici, firmata iam stirpe virtutis, ad maturitatem perduxeris. Depra-
dicarem hic Tuui, in aucto hoc & sacrosanto Regni Poloniae Parnaso, sedulas lucubrations;
nisi eas non modo persequi, & commemorare scribendo, aut distinguere partiendo; sed eti-
am recordari cogitando, aut notare non possem obseruando. Quod ergo primum adiumentum?
scilicet post obtentas, spectatissimas in monte Parnassi lauros, informanda Duci in OSTROG, &
ZASLAW, proli illustrissimæ adiunctu, eâ laude, in illa familia amplissima floreas, que nunc eti-
am permagni interest, ad ornamenta Tua, gratiâ animi fidelem memoriam prædicandam, &
habendam. Iam iusta gloria Tua, altissimis defixa radib;is, que est fructus vere virtutis ho-
nestissimus, cùm ore, atq; sermone omnium percrebuisse, Artistarum Te nobilissimo coniunxit
Collegio; atq; ubi spectata illa, ac nobilitata pectora maiorum nostrorum, vidissent insidere, e-
am in Te egregiam virtutis indolem, que noctes & dies, animum glorie stimulis concitaret,
ad summam Te perduxerunt Collegij Maioris consociationem. O dulcissimam memoriam temporis
illus! cum Tu Magnifice Vir in eam Palæstram TILICIANAM incidisti, que iuuentutem Polo-
niam, studijs feruentissimam, nobilitate illustrem, inde eximiam, animo generosam, voce, motu, formâ,
magnificam quodammodo, possidebat. O rem cùm auditu iucundissimam, tûm visu delectabilem! dum Tu
Vir, ad omnia summa nata, perinde ac Hercules Gallicus, eâ Suadâ, que etiânum dulcescit, in cordibus no-
stris, generosam illam Orbis Sarmatici progeniem, traxisti vixit am quodammodo, vinxisti audissimè au-
reum flumen orationis delibantem. Magna hæc sunt adminicula, ad integratatem, salutemq; Almae Paren-
ti conseruandæ, fateor. etiamne hanc ipsam vitam ACADEMIÆ, DBO DUCE, & Auspice, quam viu-
imus libere. Te inspirâsse negabimus? nequaquam profecto. Obstupescit posteri certe, à Te tantam mo-
lem negotiorum, tantum pondus difficultatum, tanta momenta rerum, cum laude, & gloria, in rem Rei-
pub. literaria, confecta esse. Nec enim illa tua peregrinatio diutina, tua esse potius censemur, quam
MAGNI IAGELLONIS lectissime prolis, quo vitam, in Patrio solo, antè nequaquam habuisset, quam
vitales cælitus ferè auras, apud exteras gentes, traxisset. Quare consende auspiciatissimo omne, supremi
fastigium honoris: fortunatus exoriare Palladi, quam de fertilissimo sapientie Tuae molimine, in lucem
bans lucidissimam, eduxisti: moderare sceptro aureo, cælum hoc cælatum Professorum, eximiâ mente, &
consilio præditorum: MVSAS VLADISLAVIANAS, meq; non minus ob Tuum, erga me, toties con-
testatum amorem, meamq; vicissim gratis animi in Te pietatem; quam ob debitam mearum Camenarum
venerationem, amore paterno complectere: argenteum autem, cum alterâ teneas manu, candida gene-
rosa iuuentutis pectora, tuo regimine foue. Vos verd. o lectissima Patria, & ACADEMIÆ Proge-
nies, læti, & alacres, ad hoc scepterum accurrite! easq; delicias, quas nunc pectore flagrant, illustres
anima, Tartouiorum, Cetnerorum, Podlesciorum, Roxiciorum, Niemirorum, Tar-
nowsciorum Gnievosiorum, Lubowiecciorum, aliorumq; Sexcentorum delsbant, degu-
staturi accedite: felici sub regimine, Parentis studiorum restrorum, & Pronisoris, quod utinam diuti-
num sit, votis vota nuncupando, felicissima studiorum curricula peracturi.

3(0)3



JUPITER LITERATVS.

Non sola vastis cardinibus poli
Suspensa moles, fulminei Patris
Fasces adorat; nec Senatum
Sola regit, super eminenti
Throno Polorum, dextera cālicum.
Auro micantem, milleque iaspidum
Flammis resfulgentem Coronam,
Pārrhasiæ Pater ipse Diuæ,
Non solus alto vertice sustinet.
Sunt & togatis sceptræ sua, & sui
Regesque, Patresque, & supremo
Qui Cracium moderentur Orbem
Natu Monarchæ. iam periit suo
Anus vetustas cum Ioue; numinum
Cessere mentitæ curules,
Athærei mala turba testi;
At eruditum crescit in annuis,
Surgitque fastis imperium, suos
Iouesque cultu literato,
Palladius veneratur Orbis.
Qualem togato Te solio super
Latè micantem, plausibus excipit,
Stoæque, Rectorem Cathedras
Læta nouum resonat per omnes,
Regina pubis Sarmaticæ Parens,
Altrixque doctæ maxima Lechiæ,
Desideratum quem tot annis
Esse sibi voluit Parentem.
At ô Polonæ gemma scientia!
Confecta votis corda gementibus,
Tandem serena læta summo
Cerne Iouem, studijque Patrem
Cælo repostūm Cracidis inclytæ.
Hic ille Doctor, Theologæ decus
Primūm cathedræ, prima sacræ
IVRKOVIVS Cynosura sedis.
Tenella cuius ZASLAVIÆ Ducum
Parere doctis sidera nutibus,
Orbesque circumferre claros
Visa, per Hesperias remoti
Oras Trionis, grandeque pignorum
Gestasse pondus; TILICII suum

Quem

Quem rostra Præsidem, suumque
Barbita quem stupuere Phæbum.
Ille & Poloni maxima Climatis,
Et exterarum pectora gentium,
Virtutis, atque literarum
Dotibus eximijs, in artas
Leges amoris, traxerat intimi;
Rhenumque, Scaldimque, & Latia Tybrim
Decus Coronæ, Principemque
Ausoniæ pietatis urbem,
Prudentiæ actis attrouit suæ,
Et purpuratos cuni niuea Patres,
Sedis VATICANÆ Columba
Innocuæ solioque mitræ,
Infractus Orbem quando Academicum
Gestabat Atlas, parque laboribus
Stabat trecentis, nec susurros
Inuidiæ timuit frementis.
Vi|er
trice donec iustitiâ sacram
Laurum referret, quâ Cracidis pios
Lætus coronaret Penates,
Palladios regeretque fasces.
Fasces, in Orbis quos facie diu
Liuoris inter fulmina, gnauiter
Tutatus est, vetusque Musis,
Quod stet honos, grauitasque, fecit.
Ergo togati Iuppiter Ordinis,
Iuuansque doctæ magne Pater Rei,
Vertexque IVRKOVÌ, caputque
Palladis, emeritum prehendis
Laboriosi cùm decus imperi,
Lætus, secundis auspicijs dies
Ordire, IAGELLONIIque
Magnificum moderamen Orbis,
O Maximorum Magne Parens virum
Felice dextrâ suscipe. Fac tuis
Oliua sceptris, & togatae
Dulce bonum redeat quietis;
Annosque sceptri continuus Tui
Phæbus ferent. propitium velit
Te numen, in longum virentes
Fascibus adnumerare fasces.

A. M. D. G. B. M. V. O. SS. H.



7.8 XII.24.



